



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Lamentationes Obscurorum virorum. non prohibite per sedem Apostolicam

Gratius, Ortwin

Colonie, 1518

VD16 G 2925

Pultron[us] murcida Titiuillo corniculario. S.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34628**

extolleret olympo in ethna decidit. ac deinde in cloacam vulcani q̄  
montē illū p̄scis tēporibz incolere p̄suevit. Tum Mercurius ri-  
dendi intemperans sedulo clamabat O coridon coridon que te  
de mentia cepit. Alba ligustra cadūt. vaccinia nigra legūtur. **O**  
**O** sancte mercuri adiuua me. o Apollo. o latona. o vos muse no-  
uem iuuate me Dis lamentatōibz. ille p̄morus. hūc hoīem fetidū  
et instar bubonis cecurientē ad fontē caballinū p̄dixit. vbi purga-  
re homiez volens eū suffocauit. In signū cui⁹ adhuc aque illorū  
fontiū ita turbide fetoribusqz p̄misit. vt quicūqz ex illis indi-  
gne biberint. insani potius sint qz sapientes. ¶ Hūc cū recitasset di-  
alogū. hec p̄tinuo verba subiecit. De poetis inq̄t malis z p̄uersis  
tanqz preclaro noīe indignis solū loq̄mur. de honestis z sapientibz  
mali nihil. Nec aliq̄ sub celo hoc nōstro dialogo offendi volu-  
m⁹. Nam qui tādē obscuri sint viri Grammatici certāt. z adhuc sub  
indice lis est. Vale ex Constantinopoli.

¶ Stephan⁹ caluastri⁹. Joāni lucibulario. S.

**O**bscuroz indies numerus magz magisqz augetur Inscripti-  
ōnū indertius tabule nostre poetas aliquot nobis persiles. q̄  
se inuictius potentissimos eē glorianē. z hec eoz sunt noīa Dirpi-  
nus murcida. Pultronus lurcho. Bitesius sycophanta. Ollilam-  
bi⁹ nebulō. Philocapnion ionian⁹. Joānes smorpot. Dans le-  
uerworst. Brillus reptilis. Henricus hauersack. Stustus muri⁹  
de cella vinaria. Cornutus bubulari⁹ fatuinus schelmo. Phyron-  
serpentin⁹. Georgi⁹ bestia. Petrus sclabert. Vermān⁹ kalf. Baz-  
nimesdes iunior. Coridon siluanus. Sclāpāpius tellerlecker. Stili-  
pho gnatonicus. z Joannes dulkanus. Omitto reliquos q̄ spem  
nō habēt. z quoz (sicuti stulcorū) infinitus est numerus. Hi bellū  
p̄tra theologos acturi sunt. Nam arrogātia. temeritate. p̄uitis z  
blasphemis pares sibi nullos habent. Noli igi⁹ plus equo lamē-  
tari. Ego inter saxū z sacrum sto. z ex fonte hypocrineo sum infatu-  
tus. Vale ex libetridū spelūca nymphaz.

¶ Joānes lucibulari⁹. Stephano caluastrio. S. S.

**M**iserrime nobiscū agūtur omnia. multiplicasti gentē sed non  
meritiā. obsunt nobis illi z p̄sunt nihil. Nō vult habere cap-  
nion impudētes sycophantas. Te igi⁹ dilanient. strangulent. ob-  
stringilent. obliterēt. et culter z venenū z incantatio vitā tuā. q̄ est  
mors. acerbe finiant Vale cū tuis vt potes. Mogūtie ex domo no-  
stri impressoris. penas sue temeritatis p̄culdubio daturi.

¶ Pultron⁹ murcida Titinillo corniculario. S.

**N**on possum nō dolere. nō lachrymari. nō melle esse. ita nos  
decruciat viri boni z sapientes. de illis dūtaxat loquor. qui  
nō sunt de nostro obscuroz grege. Et ideo de grege non ausim q̄qz  
deponere eū. Simplex plebecula. pueri qz z mulieres. publico

nos odio insequuntur. Clamitant enim in plateis huc huc veniunt ob  
scuri Ruchliniste non minus deo quam hominibus odibiles faciunt deinde  
in nos stercorea. Quid multis? Canes nobis omnibus ultro non irrita  
ti adlatrant. nigris enim utimur larvis. nec id solum canes agunt. verum  
et viles caligas nostras. et detrita vestimenta dilaniant. Vale. Ex  
cella vinaria. ubi nobis dant deorum responsa.

¶ Titivillus Pultrono. S. p. d.

**A** Nimis ago mi charissime Durcida. Utinam essem cum  
Anchisiade in elysijs campis. et hec tam infelicia non audi  
rem. Proh deus atque hominum fidem. quid hoc est si contumelia non  
est. aut potius dei plaga. Que tu scribis. intolerabilia videntur.  
Gratias Capnion nobis agit nullas. quin potius obscuris omni  
bus maledicit. Alij preterea nos sycophantas. alij noctis filios. alij  
nebulones. alij humanas bestias. alij monstruosa mancipia. alij ca  
nes rabidos. nonnulli hereticos. blasphemos. et fetidissimam con  
vitiatorum seminam appellant. Addunt quoque nos solos obscuros  
cum Dathan et Abyron merito a terra absorbendos. Vale. Ex Ar  
gentina. et tibi oblecta felicitatibus.

¶ Berhardus Schirruglius. Joanni  
wickelphio. S. p. d.

**M** Alii sunt homines qui dicunt nobis male. quis enim neque de  
um timeamus neque homines. aliosque indigne leserimus. ni  
hil tamen est quod contumelias perpetiamur. bellum hoc et lepidum  
Verum hec alias Graue mihi semper atque anceps dubium fuit.  
quare Colonienfes theologi. plus ceteris per Alemaniam floren  
tibus. superioristarum errores corripere nitantur et in suum in  
dignari. hominem nobis summa diuinitu necessitudine Vale feliciter  
et cras responde. Ex Andernako.

¶ Wickelphius suo Schirruglio. S. p. d.

**N**on possum tibi Sordij nodum absque dolore interno et hor  
risonis ululatus dissoluere. Nisi doctor essem in omnibus  
scientiis mundi. itemque si neque in Bohemia neque in narragonia fu  
issem. ad tam difficilem ac plane tortuosam dubitationem respon  
de tibi nequaquam possem. Audiuimus nuper in ecclesia a quodam theolo  
go. ad populum dei verbum habente. reuerendum inquisitorem Ja  
cobum Doechstratez. tres sibi a sede apostolica archiepiscopatus  
commissos habere Colonien. Moguntinam. et Treuerensem. ut que  
mala sunt. ab ecclesia dei quamprimum reucllat. Adiecit quoque Sixtum  
papam quartum. singulari quadam commissione per totam Alema  
niam heresum extirpandarum munus theologis Colonien com  
mississe. Quod ut luce clarius intueare. breuis illius exemplar tibi  
per Liripipianum transmittito. ut immodice lamenteris Vale ex  
Madepurck. et penitentiam age quamprimum potes.

E 4.